



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

CII. An iustificatus poßit verè Deo satisfacere pro reatu pœnæ temporalis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

carnis; Oculorum, Eleemosyna; Superbia; Oratio: Quæ cùm pœnola sint; rectè satisfactoria dicuntur, & sunt: teste Sacra script. 1. De Oratione: Pt. 49. Inuoca me in die tribulationis; & eruante: Ecce mandatum, & promissum. 2. De leiunio exemplum constat Davidis. 2. Reg. 12. Præceptum verò & promissum, Ioh. 2. 3. De Eleemosyna, exemplū Tob c. 1. præceptū & promissum Luc. II. Date Eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Itaque Tob. 12. Bona est oratio cum leiunio & Eleemosyna: Quorū regulæ exponuntur, Matt. 6. 4. Decinere & cilicio est Ione; Et Davidis, 1. Par. 21. Matt. 11. Vnde S. Hier. ad 3. Ione: Sacrum & leiunium sunt arma pénitentia. 5. De percussione luii, I. Cor. 9. Castigo corpus meum. πνωπαίω; id est ad usque liuorem contundo. Luc. 18. Publicanus percutiebat pectus suum.

II. Hæc opera eti. quoad Modū, mādata non sint, ideo que eatenus sint indebita; non tamen sunt ingrata Deo; Sicut de Consiliis Euangelicis alibi docui. 2. Num. 30. vota de leiuniis sponte facta, erant grata Deo, & reddenda. Sic & Baptista asperitas vita, Matt. 3. Luc. 3. Mar. 1. et si nulquā in scripturis imperata. Sic Annæ vita, quæ Luc. 2 non recedebat à templo leiunii & obsecrationibus spontaneis &c. Quibus hæretica vanitas euanida cedat oportet.

### QVÆSTIO CIII.

An iustificatus verè Deo posset satisfacere pro reatu pœna temporalis?

**L**UTHERANI eti. fateantur, quandoq; dimissa culpa pœna remanere temporalem. Et pœnis sponte assuntis manum Dei preueniti & auerti: Deniq; leiunium, Orationē, & Eleemosynam, operaque laboriosa placere Deo: Satisfacere tamen pernegant.

**L**UTHERVS in Assert. art. 5. Vobementer odi, & sublatum vellem hoc vocabulū, Satisfactione, Quid non modo in Scripturis nō inuenitur, sed & periculofum habet sensum; quasi Deo quisquam possit pro ullo peccato satus facere: cùm gratis ille ignoscat omnia. Melancth. in Apol. Cōf. Aug. Hac tota res est commentitia, recens consituta, sine autoritate Scriptura, & veterum scriptorum. &c. CALVINVS Instit. I. 3. c. 4. § 39. Fingit Satisfactiones fuisse publicas excommunicatorum.

KEMNITIUS p. 2. Exam. pag. 1087. Ante Baptismum peccator recipitur in gratiam sine proprio satisfactionibus, propter satisfactionem Christi; post Baptismum lapsus non dimittuntur peccata alij vlla propria ipsorum satisfactione, quam propeccatio. Sac. orthodoxe.

**S**VADENT istis. 1. LUTHERVS. Ezech. 3: Impietas impii non nocebit ei, quacunq; die conuersus fuerit. 2. Adulteræ solum d'ctum, Ioh. 8. Vade, & noli amplius peccare. 3. Dicam ut apicem Scriptura pro peccato mortali debere satisfactioni VII annū: Vbi pro differentibus peccatis differen es penas statuat Christus vel Apostoli? Hac omnia sunt postea inuenta. 4. MELANCHTHON. Olim satisfactiones fuerunt excommunicatorum publicæ pœnæ, quale. P. œnicis, Orefisi, Pelei, &c. solum exempli causa. Cogitentur, ait, alia maiores causa calamitatum, & iram Deitatem auferamus, & rursum veram consolacionem nobis proponamus. 6. Deliberamenta monachorum observant Legem, & Euangelium, & amplificant dignitatem Traditionum humanarum. 7. CALVINVS Instit. I. 3. c. 4. § 2. Ta ibus mandatis, Satisfactionum, oppono gratuitem feciat orum remissionem; quā nihil in Scripturis clariss. 8. Q. i. sicut post Baptismum resurgens non esse per Satisfactiones; q. Sanguinem Christi nihil prodiffe, nisi quatenus per Clavis dispensatur, volunt. At ipse est proprius sonus nostra. &c. Pluritalia apud Bell. c. 14. 15. 16. &c.

**A**UTOR. OPERA poenalia verè sunt Satisfactiones Deo pro reatu pœnae temporalis, ex Congruo; non ex Condigno. 1. Sic Scripturam meo Antichristo p. 3. q. 47. 2. Sic Traditione & veteris Ecclesiæ, & S. Patres, apud Bell. I. 4. c. 9. prolixè recitatos: cum obgannitiunculis Sectariorū.

**D**ICO AD I. Non nocet, sed cōuerso; quoad mortem æternam; temporaliter tamē nocere potest; sicut iusto sua iustitia prodest ad temporale præmiū. Quot enim, quantosq; post conuersionem hic puniunt. Yy AD



**A D II.** Nil h̄ic constat de condonata satisfactione: nisi exemptam à lapidatione fuisse. Dein, factū Autoritatiæ potestatis non conferendum est facto potestatis ordinariæ.

**A D III.** Id ostendissem nil ad rem facit. Nam fatemur determinationē satisfactionum quoad tempus, modū, &c. Attamen Dauidi Deus 2. Reg. 24. remisso peccato dictavit septennalem pœnam, aliam trimestrem, triduanam aliā. Item Nabuchi pœna septennis erat. Deut. 24. *Pro mensura delicti erat & plagarum modus.* Apoc. 18. *Quantum se glorificauit & in delictis fuit: tantum date ei tormentum & lucub.* En differentes pœnas.

**A D IV.** Christiani de Satisfactione doctrinam habent ex S. Scriptura, non ab ethnicis. Nec causa exempli, sed mandati, ac promissi præstari docetur: idque sponte, sāpē occulte: vt Achab, 3. Reg. 21. Ioram, 4. Reg. 6.

**A D V.** Solum memorat immissas à Deo afflictiones necessariò ferendas: que et si possint esse satisfactoriæ: has tamen eas propriè dicimus, que sponte assumuntur, aut à iudice spiritali imponuntur.

**A D VI.** Satisfactiones obscurare legem, repugnat S. Scripture. Nam Mat. 19. *Hæc omnia, mandata, seruui à iuuentute,* dicenti, offert Dominus Consilium, *Vede quæ habes. &c. & sequere me.* Ergo plus valet præstare Christianus quam præceptum sit, cum Dei gratia. Alia duo, Obscurari Euangeliū, Amplificari Traditiones: falsa sunt & conficta. Itaque opera satisfactoria dicuntur indebita, id est, que indebita essent, si in innocentia maneremus.

**A D VII.** At ea asserit S. Aug. hom.

50.C.15 Non sufficit mores in melius committare, & à factu malo recedere: nisi timor iustitiae, que facta sunt, satisfiat Deo per penitentia dolorem. &c. cooperantibus electis motynis.

**A D VIII.** Ita omnis S. Pattum docuit contentiens Antiquitas.

## X. DE EXTREMA VNCCTIONE, & ORDINE.

### QVÆSTIO CIV.

*Vnctio infirmorum an sit propriè dictum sacramentum teste S. Scriptura?*

**L**UTHERVS lib. Caps. Babyl. non reicit non negat esse Sacramentum.

**CALVINVS** Inſt. I. 4. c. 19. § 18. 9. &c. KAR. Melanch. Brentius, Magdeburgensis, negant esse Sacramentum: & petulantiter: cum priscis hæsiarchis. Vide Com. log. p. 1. q. 21.

**S**VADENT refutatiunculis nostræ probosis. I. *Lutherus, Kemnit.* Epistola lumen non est canonica, t. ite Hieron. lib. 4. cap. Eccl. f. 5. Euseb. lib. hisc. c. 21.

II. *Lutherus, Steffel Iacobi,* dicerem, ut licere Apostolo suā autoritate Sacramentum statuere.

III. *Lutherus, Wicleff, Melanchthon, Brennius, Calvinus &c.* Ea erat vñctio: quæ mortis miraculose curabant: Wicleff ait, naturaliter: Melanchthon, partim naturaliter, partim miraculose. Ideo non magis fuit Sacramentum, quam Prophætia, lumen cum sputo, & qua Siloë. 1. Quia Iacobus loquitur ex Macco qui de vñctione curationis, non miraculo loquitur. 2. Quia Iacobus vñctio vocib⁹ corporalis sanationis ἐγέρω, ἀσπασίω. 3. Iacobus loquitur solum ad homines sufficiens, nullo perpetuationis iudicio.

